

APPENDIX II: THE ROYAL CONFIRMATION OF 1316

William Dugdale (see W. Dugdale *Monasticon Anglicanum*, ed. J. Caley, Sir H. Ellis, and B. Bandinel, 6 vols (1817–1830), VI.2, pp. 884–886) printed the royal confirmation, made at Lincoln on 20 February 1316, of fifty-five charters relating to Beauchief abbey, of which summaries were entered on the Patent Roll, 9 Edward II, p. 1 m. 3. Each item in this confirmation, reproduced here from Dugdale, is given a number so that, with the aid of the Concordance in Appendix III, corresponding items in the Cartulary and in the Confirmation of 1312 (38) can be found. Eighteen of the charters confirmed in 1316 are not recorded in the extant part of the Cartulary; of these an English summary is given.

Carta Regis Edwardi Secundi, Concessiones Donatorum recitans et confirmans.

REX omnibus ad quos, etc. salutem.

1. Donationem quam Robertus filius Ranulphi fecit Deo et sanctae Mariae, et sancto Thomae martyri, et fratribus in ordine Praemonstratensi professis, de loco, qui dicitur Beauchef, cum pertinentiis, qui in Dorhesele situs est, ad abbaciam construendam; et de ecclesiis de Norton, Alferton, Wymandeswald, et Edwaldeston; et de molendinis de Norton, cum omni multura et operibus suis; et de sarto Hugonis, juxta Meresbrok; et uno tofto in Leys; et uno tofto juxta domum Alani; et de tota decima pannagii totius terrae suea; et de duabus bovatis terrae in Wymundwald de dominio suo; et de uno tofto continente tres acras terre cum pertinentiis.
2. Donationem etiam et confirmationem, quas dictus Robertus fecit praefatis fratribus de una bovata terrae in Wymundwold quae fuit Alexandri, cum tofto suo, et de una bovata terrae quae fuit Lunechild viduae, cum pertinentiis.
3. Donationem etiam, et confirmationem, quas idem Robertus fecit eisdem fratribus, de loco qui dicitur Brokhirst cum pertinentiis.

4. Donationem etiam et confirmationem quas Willielmus filius Roberti fecit eisdem fratribus de molendino de Aston, cum omni multura.
5. Donationem, concessionem, et confirmationem, quas Robertus filius Willielmi de Alfertona fecit eisdem fratribus de illa terra cum pertinentiis, quas Helias de Touey de eo tenuit.
6. Donationem etiam, concessionem, et confirmationem quas idem Robertus fecit canonicis loci praedicti, de sexaginta acris terrae, per perticam viginti quatuor pedum in Alferton, cum bosco supercrescente.
7. Donationem etiam concessionem, et confirmationem, quas idem Robertus fecit eisdem canonicis de tribus acris terrae, per perticam vigniti quatuor pedum, juxta rivulum qui descendit ab abbatial ad majorem rivum de Shewe, ex parte aquilonis; et de una libra cimini de terra de Sireokkes.
8. Donationem, etc. quas idem Robertus fecit eisdem canonicis, de xxiv acris terrae per perticam xxiiii pedum, in Nortone, cum bosco supercrescente.
9. Donationem, etc. quas Thomas filius Willielmi de Chaworth fecit dictis canonicis de una bovata terrae cum pertinentiis, quam Adam filius Johannis del Cliff aliquando tenuit de ipso in Nortona, et de quinque acris assarti cum uno parcello in bosco de Nortone, quas idem Adam de ipso tenuit; et de ipso Adam cum tota sequela sua, et eorum catallis; et de una bovata terrae in Bradewaye; et de octo acris assarti in eodem bosco de Nortona cum pertinentiis quas Thomas filius Hugonis de Bosco de ipso tenuit; et de ipso Thoma cum tota sequela sua, et eorum catallis; et dimidia bovata terrae, cum pertinentiis in Cokshet, quam Winora de ipso tenuit, et de ipsa Wynora, cum tota sequela sua, et eorum catallis; et de uno assarto cum uno tofto, cum pertinentiis, in eadem villa, quae Henricus le Bercher de ipso tenuit; et de vi acris terrae, cum pertinentiis, jacentibus juxta aquam de Sewe, quas Ricardus de Mora de ipso tenuit; et de quater viginti acris terrae cum pertinentiis in bosco de Nortone, jacentibus ex parte aquilonari parci abbatis et conventus de Beauchef.
10. Donationem etiam, etc, quas praedictus Thomas fecit abbatii et conventui loci praedicti, de xviii s redditus, quos Robertus le Redsmith sibi reddere consuevit, pro tenemento quod de ipso tenuit in Swanwyk, juxta Alfertone, cum pertinentiis; et de toto illo assarto cum tofto et crofto et pertinentiis, quod Rogerus Faber de ipso tenuit in Birchewode in soca de Alfertone; et de una bovata terrae, cum pertinentiis, quam Adam de Birchewode, de ipso tenuit in eadem villa; et de tota illa terra, cum pertinentiis, quam Rogerus le Bercher de ipso tenuit in praedicta soca de

Alfertone; et de toto illo assarto, quod vocatur Robert. . . Rideings, cum pertinentiis; et de duabus solidatis redditus et tenemento quod Rogerus Mous tenuit in Alfarton; et de duodecim denariatis redditus de tenemento quod Nicholaus Thorald de ipso tenuit in Alfertone; et de illa bovata terrae cum pertinentiis, quam Ricardus Horeghe de ipso tenuit in Bradeweyle; et de Roberto del Grene nativo suo, cum tota sequela sua, et omnibus catallis suis; et de toto tenemento quod de ipso tenuit in bondagio in soca de Norton cum pertinentiis.

11. Donationem, etc. quas idem Thomas fecit etc. de tota illa terra, cum pertinentiis, quam Ricardus de Mora de ipso tenuit in Cokshet.
12. Concessionem, etc. quas idem Thomas fecit, etc. de toto illa assarto integre cum pertinentiis in bosco de Norton, jacente ex parte aquilonari parci dictorum abbatis et conventus, cum tota longitudine et latitudine usque ad filum aquae de Sheue. [Grant by Thomas son of William Chaworth of all the assart in Norton wood to the north of the abbey's park and along its whole length and width as far as the middle of the river Sheaf.] [1247–1316]
13. Donationem, etc. quas idem Thomas fecit, etc. dictis canoniciis, de uno tofto et crofto, cum aedificiis et pertinentiis suis in Cokshete, quod Johannes Faber de ipso tenuit, et de uno cartilagio in Aufertone, juxta orreum praedictorum canoniconorum.
14. Donationem, etc. quas idem Thomas fecit praedictis abbatii [et conventui] de tota illa placea terrae, quae vocatur Eycliffe, cum bosco supercrescente.
15. Donationem, etc. quas idem Thomas fecit, etc. de tota illa terra, quae vocatur le Whittek et de xii acris terrae in loco qui vocatur Barsfeld; et de illa placea terrae, quam Petrus Textor de ipso tenuit in Alferton.
16. Donationem, etc. quas idem Thomas fecit, etc. de quodam assarto, quod Robertus Forestarius de ipso tenuit juxta bercariam dictorum canoniconorum; et de tribus acris terrae. quas Robertus del Childre de ipso tenuit infra clausum dictorum canoniconorum; et de octo acris terrae, et dimidia, quas Ranulphus de Storches de ipso tenuit, et de quinque acris terrae et dimidia quas Ricardus Everard de ipso tenuit in Alferton, cum pertinentiis.
17. Donationem, etc. quas idem Thomas fecit etc. de tota illa terra, cum pertinentiis, quam Thomas de Bosco et Willielmus Tynet de ipso tenuerunt in le Wodesetes.
18. Donationem, etc. quas idem Thomas fecit, etc. de tota illa bovata terrae, cum toftis, croftis, aedificiis, et omnibus aliis pertinentiis suis, quam Richardus Hore de ipso tenuit in le Bradeway.

19. Donationem, etc. quas idem Thomas fecit, etc. de illo annuo redditu quinque solidorum, quem sibi solvere consueverunt pro illa terra, quam dicti abbas et conventus de eo tenuerunt in soca de Nortone.
20. Donationem, etc. quas idem Thomas fecit, etc. de libero et quieto passagio habendo ad feriam suam de Marnham, tam terris quam familiae suae, de abbacia praedicta: et de omnibus aliis locis suis, cum omnibus animalibus, rebus, ac cariagiis suis quibuscumque et quandocunque opus habuerint in meliori navigio feriae suae praedictae.
21. Donationem, etc. quas idem Thomas fecit, etc. de una placea terrae, jacente ex parte occidentali aulae suaे, in Alferton.
22. Donationem, etc. quas Thomas de Chaworth miles, dominus de Norton, fecit dictis abbati et conventui, de toto illo hameleto in soca de Nortone quod vocatur Grenehill, simul cum mora de Grenehil, et cum homagiis, wardis, releviis, etc. Et de omnibus terris et tenementis, quae Hugo de Parva Norton de ipso tenuit in villenagio, in Parva Norton et Wodesetes; et de ipso Hugone cum tota sequel sua, et omnibus catallis suis.
23. Remissionem, etc. quas idem Thomas fecit, etc. de xii s et viii d redditus, quas praefati abbas et conventus sibi reddere solebant pro diversis tenementis, quae de ipso tenuerunt in Alfertone et Nortone.
24. Donationem, etc. quas idem Thomas fecit, etc. de omnibus terris, etc. quae de ipso tenentur in villenagio in Wodesetes, juxta Norton; et de omnibus villanis suis ibidem cum totis sequelis suis, et omnibus catallis suis. [Gift by Thomas Chaworth of all lands held of him in villeinage in Woodseats by Norton, and of all their villeins with all their households and chattels.] [1247–1316]
25. Donationem, etc. quas idem Thomas fecit, etc. de Rogero de Bradewaye, Gileberto de Bradewaye, et Emma, ad novum molendinum, nativis suis, cum omnibus catallis, sequelis, sectis, et serviciis suis et cum omnibus terris, toftis, croftis, et aedificiis, quae de ipso tenuerunt in Nortone.
26. Nortone, cum pertinentiis; et de terra ubicunque eisdem necesse fuerit, per totum wastum suum, ad fossas suas amplandas, et levandas, capiendum. Et de terra et turbis ad domus suas emendandas, et cooperiendas.
27. Donationem, etc. quas idem Thomas fecit, etc. de licentia et libera potestate ad carbones fodendos, levandos, asportandos, et cariandos, ad utilitatem et profectum suum, et eorum tenentium, tam liberorum quam nativorum, quocienscumque sibi necesse fuerit, tam in terris tenentium, dictorum abbatis et conventus,

- quam in terris suis propriis, et wastis inter terras suas, infra socas de Alfertone et Nortone.
28. Concessionem etiam, quam idem Thomas fecit, etc. de terris suis et terris tenentium suorum, tam liberorum quam nativorum, a goldis mundandis per se et suos, secundum consuetudinem in sociis de Alferton et Norton usitatam. [Leave granted by Thomas Chaworth to clear corn marigolds from his lands and those of his tenants, both free and villein, as is the custom of the sokes of Alfreton and Norton.] [1247–1316]
 29. Donationem, etc. quas Lucas filius Warneri de Beygle fecit dictis canoniciis, de tota terra, quae vocatur Harewode, cum pertinentiis; et de pastura ad xl vaccas, et duos tauros cum exitu duorum annorum, ad decem equas cum exitu trium annorum: et ad boves carucarum suarum; et ad octingentas oves et xxx porcos, et ad xl capras per omnem communiam de Beygle, undique et ubique, et de concessione liberi eschap, de omnibus animalibus praedictis.
 30. Donationem, etc. quas Radulfus Musard fecit dictis canoniciis de villula de Hauley [*sic*] cum hominibus, absque ullo retenemento. [Gift by Ralph Musard of the vill of Handley with men and with no restrictions.] [1200–1229]¹
 31. Donationem, etc. quas idem Radulfus fecit, etc. de tota terra, quam habuit in villa de Wadeself, cum pertinentiis; et cum hominibus et eorum serviciis. [Gift by Ralph Musard of land in the vill of Wadshelf with men and their services.] [1200–1229]²
 32. Donationem, etc. quas idem Radulfus fecit dictis canoniciis de tota terra, cum bosco super existente in Hauley [*sic*], cum multurae libertate. [Gift by Ralph Musard of all the land and wood on it in Handley with free multure.] [1200–1229]³
 33. Donationem, etc. quas Radulfus Musard filius Radulfi Musard fecit, etc. de tota terra, et toto prato in Hinkershull, de feodo suo de Staveleye. [Grant by Ralph Musard son of Ralph Musard of all the land and meadow in Inkersall of his fee of Staveley.] [1219–1250]
 34. Donationem, etc. quas Walterus de Furneus filius Roberti de Furneus fecit, etc. de tribus bovatis, et una acra terrae, et duobus

¹See 222, n. 4. Both Ralph I and Ralph II appear in C.J. Holdsworth (ed.), *Rufford Charters*, 4 vols (Nottingham, 1972–1981), nos 62, 65, 69, 79, and 83; dates given for Ralph I are before 1230 and for Ralph II before 1270.

²On 1 July 1230 the sheriff of Nottingham was instructed that, notwithstanding the king's retention of the lands of Ralph Musard, land given by Ralph to the abbey in Handley and Wadshelf should be held by the abbey in peace (*Calendar of Patent Rolls, Henry III: 1227–1231*, p. 357).

³See the previous note.

- toftis in Birlay; et de una placea prati in Bettona, quae vocatur Ormesmedwe; et de duabus acris terrae et dimidia, quae vocantur Ormesland. [Grant by Walter of Fourness son of Robert of Fourness of 3 bovates, 1 acre of land and 2 tofts in Birley, a parcel of meadow in Beighton called Ormesmeadow, and 2½ acres called Ormesland.] [1230–1260]
35. Donationem, etc. quas Willielmus filius Andreae de Hetone fecit dictis canonicis de xxs. redditus, percipiendis de tenentibus suis in Golthorp.
36. Donationem, etc. quas Johannes filius Ricardi Daniel fecit dictis canonicis, de xi s redditus cum pertinentiis, in Swyntone et Billingley.
37. Donationem, etc. quas Gerardus de Furnival fecit dictis canonicis de pastura herbagii in foresta sua de Folwode, sufficiente ad xxx vaccas, et ad earum exitum trium annorum: et de una acra terrae in eadem foresta, ad logias faciendas ad praedictas vaccas. [Gift by Gerard of Furnival of pasture for thirty cows and their calves under three years in Fulwood and of an acre of land to provide lodges for them there.] [1195–1219]
38. Donationem, etc. quas idem Gerardus fecit dictis canonicis de xxs. redditus, percipiendis de molendino suo de Sheffeld. [Gift by Gerard of Furnival of rent of 20s from his mill in Sheffield.] [1195–1219]
39. Donationem etiam, etc. quas Matildis de Lovetot fecit dictis canonicis, de una marcata redditus, percipienda de molendino suo de Sheffeld. [Gift by Matilda of Lovetot of rent of 1 mark from her mill in Sheffield.] [1219–1250]
40. Concessionem etiam, etc. quas eadem Matildis fecit dictis canonicis de tota elemosina, quam Gerardus de Furnival, vir suus, eis dedit. [Grant by Matilda of Lovetot of all the free alms granted by her husband, Gerard of Furnival.] [1219–1250]
41. Concessionem etiam et confirmationem, quam Thomas de Furnival dominus de Halumshire, fecit dictis abbati et conventui, de grangia sua de Folewode, et de tota terra ad praedictam grangiam pertinente, cum pertinentiis, et de communia pasturae sufficiente, in liberis chaceis et pasturis suis de Folewode, et Rynelingdene, ubique ad omnia animalia sua, exceptis capris; et de omnimodo aisiamento bruerii, quarrierii, turbarii, junctii, et feugerii ad domos suos cooperiendos; et alia necessaria sua facienda; et de terra de vasta suo sufficienter capienda, ad fossas suas emendandas et relevandas. [Grant by Thomas of Furnival, lord of Hallamshire, of his grange and all its land in Fulwood; of common of pasture in Fulwood and Rynelingdene for all the animals except she-goats; of every right to take heather, stone,

- peat, rushes, and bracken to roof their houses and to meet other needs; and to take from the waste sufficient earth to keep their ditches in repair.] [1225–1260]
42. Donationem, etc. quas Thomas de Furnival, filius et haeres Thomae de Furnival, filii Gerardi de Furnival, fecit dictis abbati et conventui, de quatuor acris prati cum pertinentiis in Sheffelde, in le Brodenge, ex parte occidentali de Halleker. [Gift by Thomas of Furnival son and heir of Thomas of Furnival son of Gerard of Furnival of four acres of meadow in Sheffield in le Brodenge (Broad Inge?) on the west side of Halleker.] [1225–1260]
 43. Donationem, etc. quas Willielmus Barre de Tiversholte fecit dictis canoniciis, de una bovata terrae, cum duobus toftis et croftis cum pertinentiis, in Staneleia; et de pastura trescentis ovibus, xx vaccis, uni tauro, et octo equabus, cum toto exitu suo, tam vaccarum, quam equarum, donec sit trium annorum, et xvi bobus; et de communia ad necessaria sua facienda in bosco et plano.
 44. Donationem, etc. quas Willielmus filius Galfridi de Stanleia fecit, etc. de octo placeis terrae, divisim jacentibus, cum pertinentiis, in Stanley.
 45. Donationem, etc. quas Willielmus filius Radulfi Barry, de Tiversand, fecit, etc. de dimidia marcata redditus, cum pertinentiis, quam Willielmus filius Galfridi de Stanley ei reddere solebat. [Grant by William son of Ralph Barry of Teversal of rent of half a mark which William son of Geoffrey of Stanley used to pay to him.]
 46. Donationem, etc. quas Gervasius de Bernak fecit, etc. de toto redditu, cum pertinentiis, in Brom, quem emit de Jordano Heryng de Heringthorp. [Gift by Gervase of Bernak of all the rent in Broom which he bought from Jordan Herring of Herringthorpe.] [1240–1280]
 47. Donationem, etc. quas Robertus filius Radulfi de Reresby fecit, etc. de quatuor solidatis et quatuor denariatis redditus, percipiendis de terra, quam Rogerus de Markham quondam tenuit de eo in soca de Essover.
 48. Donationem, etc. quas Ricardus del Bernes fecit, etc. de duobus messuagiis et duobus toftis, cum pertinentiis, in Ashover.
 49. Donationem, etc. quas Lucas de Beygle fecit, etc. de redditu dimidiae marcae in molendino suo de Beygle. [1200–1230]
 50. Donationem, etc. quas Sarlo, filius Waneri de Begley, fecit dictis canoniciis de dimidia marca in molendino suo de Begley annuatim percipienda. [1200–1230]
 51. Relaxationem, etc. quas Tho. de Chaworth fecit, etc. de toto illo servicio calcarium deauratorum, quae sibi annuatim solvere tenebantur ad Pascha, pro tota illa terra et tenemento, cum

- pertinentiis, quae de ipso tenuerunt in Wymondwold, et quae habuerunt de dono Rogeri de Allirtone.
52. Concessionem, etc. quas Tho. de Chaworth filius Willielmi de Chaworth, fecit, etc. de omnibus terris, etc. quas iidem abbas et conventus habent de dono et concessione Tho. de Chaworth, avi sui, caeterorumque antecessorum suorum in Wymundwold et Marnham, et in sociis de Norton et Alferton.
 53. Remissionem, etc. quas Willielmus filius Ricardi filii Alani de la Bradwaye, fecit, etc. de toto jure et clamio quod habuit in tota illa terra, cum pertinentiis, quam Petrus de Bircheheved dedit praedicto Ricardo patri suo in liberum maritagium, cum Margeria filia sua. [Release by William son of Richard son of Alan of Bradway from all his right and claim over all the land which Peter of Birchitt gave to the said Richard, his father, on his marriage to his daughter Margery.] [1270–1300]
 54. Remissionem, etc. quas Tho. filius Rogeri, filii Adae del Clyf, fecit, etc. de toto jure suo et clamio quod habuit in tota illa placea prati, quod vocatur Moseker, et de duabus acris terrae in le Wodesetes. [Release by Thomas son of Roger son of Adam of the Cliff from all his right and claim over all the parcel of meadow called Moseker and two acres of land in Woodseats.]
 55. Remissionem, etc. quas Rogerus filius Willielmus [*sic*] de Holyns fecit, etc. de toto jure et clamio quod habuit in toto illo tenemento, cum pertinentiis, quod habent de dono et concessione Willielmi del Holyns, patris sui, in le Holyns; habendas et tenendas in puram et perpetuam elemosinam praefatis abbati, fratribus, et canonicis, et successoribus suis, ratas habentes et gratas, eas pro nobis et haeredibus nostris, etc. confirmamus, etc. T. rege apud Lincoln. xx die Februarii.